

Da Definire

26 (*Annunziata*, n. 599)

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Da Definire

26 (*Annunziata, n. 599*)

1493 novembre 5, Ind. XII, Matera

In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo quadricentesimo nonagesimo tertio. Regnante ... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum ... eius in hoc regno Sicilie anno tricesimo quinto ..., mense novembris, die quinto eiusdem duodecime indictionis, Matere.

Nos Angelus Nicolai Francisci Piczoli de civitate Matere annalis ipsius civitatis iudex ..., Petrus notarii Eustasii de Leone de dicta civitate ... puplicus ... per totum regnum Sicilie regia auctoritate notarius, dominus Petrus Ioculanus, dominus Thomasius Francisci de Ulmo, dominus Donatellus Electi de Palmo et dominus Vincentius Petrucii de Birardo, testes ... de eadem civitate ... fatemur ... quod ..., constitutis Stephano de Cassano cive et habitatore civitatis Matere ... et Angelo de Mancino de dicta civitate ..., prefatus ... Stephanus ... asseruit ... se habere ... petiam unam vinearum vituum cum arboribus intus in ea sistentibus, sitam ... in tenimento civitatis Matere, in contrata Serre de Aurofusio in Lama Capitis de Ferro iuxta vineam Pauli Sclavoni Iurati, iuxta vineam domini Augustini de Czanchylla, iuxta vineam Sanctorii Leonis de Sanctoro ... iuxta vineam Donatelli de Marno, iuxta strictulam vicinalem...et placebat eidem Stephano dictam petiam vinearum ... vendere ... Qua propter ... vendidit ... prefato Angelo ... prefatam petiam vinearum ... pro ... pretio uncie unius et tarenorum quindecim Quod scripsi ego prefatus Petrus ... notarius ...

Ego Angelus Nicolaus Francisci Piczuli annalis iudex predicta fateor et me subscripsi

Ego d. Tomasius de Ulmo qui supra testis testor //
(464v)

Ego d. Donatellus de Aleta supra testis testor

Ego d. Vincentius de Petrucci de Birardo qui supra testis
testor